

uxor ejus familiares, pro quibus Nycolaus Borchardi, medicus et eorum filius, comparavit conventui servicium in vino, albo pane et piscibus, vi Ydus Decembris perpetuo comparandum cum triginta talentis Peynensis monete, nobis ab eodem magistro Nycolao integraliter ministratis.

9. G. V. Id. Ob. Meinbernus conv. Item Albertus³¹¹⁾ comes senior de Everstene frater noster, qui monasterio nostro contulit duas indagines, videlicet Holenberge et Nienhagen, cum decima a Thetmaro³¹²⁾ Mindensi episcopo comparata; item in Ostersen quatuor mansos, nemus inter cenobium et Nigenborne, molen-dinum ad tundendos pannos et quinque mansos in Elersen.

Conradus sac. et mon. Hermannus³¹³⁾ sac. et mon. et camerarius.

10. A. IV. Id. Ob. Matheus³¹⁴⁾ abbas in Doberan. Eylardus, Reinoldus conv.

Item obiit Ernestus Hake³¹⁵⁾ famil., qui dedit monasterio tres mansos in Perdestorp. Hermannus conv.

11. B. III. Id. Ob. Marcwardus, Hoyco, Hedenricus conv. Henricus famil. Item Ger-trudis famil., pro qua servicium datur in pisci-bus de uno manso in Snetingehusen. Eodem eciam die pro matre Henrici prioris³¹⁶⁾ servicium octo solidorum dandum occurrit, de uno manso in Snetingehusen proveniens.

Henricus conversus.

12. C. II. Id.

Ob. Bertoldus Hildebrandi, opidanus in Vistock nostre ecclesie fidelis amicus.

13. D. Idus. Ob. Conradus famil.

p. 83.

Conradus³¹⁷⁾ comes de Eversten, canonicus sancti Servacii in superiori Trajecto. Hermannus sac. et mon. in Tzyna famil. Item obiit illustris dux Henricus³¹⁸⁾